1653. Dec.

xxxii

Ad Constantinum Huygens F.

Praeclare juvenis, pubis Haganae decus

135

Nob. Cl.mo Praestantissimoq. Vir

Tuis amicissimis litteris rescribere haut neglexi; sed distuli. Opportunè harum gerulus, et omnem à me culpam segregabit, et mutuis officiis certari posse etiam inter belli publicas iras diplomatum fide testabitur. De me minus essem sollicitus, si salvi-conductus integritas Spadam Lanceis medicinam indulsisset. Sin ad exemplar prioris indulti (cuius autographum viro multis nominibus omnigi amico tradidi:) nova securitas impetrari poterit, mox sciam. De mutuarum transvectionum commodis, quaeso, ne vel Silenus deliberetur. Nostrum belli induperatorem nullae senectae humanitatis vires superabant. Amico tuo-meo, ex tuo affectu, ante sex dies Lovanii S. dixi. Revalebit vir non sanitate sed aeternitate dignissimus. Ideam heroicam Opt. Principis memoriae scripsi. Vale V. N. et Cl.me et doctissime, seposita publicae offensionis caussa amicitiam colamus. N. et Praestantissimo V. D. Heemvlitio S. ignotus notissimè dico. Si salviconductus; sed supercilii anni pro se exemplar transmiserit summa curâ intendam ut renovetur.

B. XIV Kal. Iulias. CIↃ.IↃ.CXXXIV

Nob. et Cl.mae D. V.
Addictissimus
Jo. Wauerius

Syp. vol. 1. n° 222.

© British Library
Add MS 22953, f. 308
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0510